

QVÆSTIO XCIV.

An à sententijs criminalibus appellatio, vel dictio de nullitate sit adimittenda.

S V M M A R I A.

Ex Claro.

- 1 De appellatione in causis criminalibus, quibus causis permiffa non fit.
2 Et quid si delictum sit notorium.
3 Statutum disponens, quod in causis criminalibus non liceat appellare, valet.
4 Appellatio vnus in criminalibus an profit alteri.
5 Clericus an possit pro condemnato appellare.
6 Pendente appellatione à sententia banni an possit bannitus impune offendi.
7 Si condemnatus in penam capitis, & bonorum confiscatione pendente appellatione decesserit, an extinguatur bonorum confiscatio.
8 Et quid si decedat pendente tempore ad appellandum.
9 Index prima causa an sit citandus in causa appellationis.
10 Pendente causa nullitatis sententia super sedendam est ab eius executione.
11 Et an in causa huiusmodi nullitatis possit intervenire procurator.
12 De litteris admittentibus condemnatos in contumaciam ad nouas defensiones.

Ex Additionibus.

- 1 Homicida in statu Ecclesiastico non potest appellare.
2 Conuictus, & confessus quando possit appellare, remissive. Et quando quis dicatur talis. ibidem.
3 Appellatio à penis arbitrarijs an admittatur, remissive. Appellationes in causis criminalibus apud superma tribuna- lia frequenter cognoscuntur, etiam quod post tempus ad ap- pellandum fuerint interposita, ibid.
4 Confessus scilicet per statutum, an & quando appellet.
5 Procurator non interuenit in causa appellationis, si non po- terat interuenire in prima instantia.
6 Bannitus non admittitur ad appellandum per Procuratorem in casibus, in quibus bannitus poterat appellare. Aretin. error. ibidem.
7 Non tantum si de appel. declaratur, ibid.
8 Absens appellans, vel restitutionem petens, debet personali- ter comparere.
9 Bannitus admissus ad appellandum debet assumere in se onus probandi innocentiam. Et si Index vellet assumere in se onus probandi delictum, non posset, ibid.
10 Forudicatus in Regno Neapolitano non appellat, nec admit- titur ad probandum innocentiam. Poterit tamen dicere de nullitate forudicationis, ibid. Appellatio non admittitur in criminalibus de consuetudine Itale, ibidem.
11 Fallit in Regno Neapolitano. Appellatio in Regno Neapolitano admittitur in criminali- bus à qualibet prouisione, ibidem. Cause criminales in Regno predicto in longum nimium pro- trahuntur, & male tractantur, ibidem.
12 Regnum Neap. maxima latronum frequentia fanestatur. Et ratio redditur ad longum per discursum, ibidem.
13 Milites in dicto Regno destinati ad capiendum latrones, sunt latronibus peiores, et grauius populos molestant, multi prin- cipaliter.
14 Aprutij Prouincia in miseriam à latronibus, & militibus redacta, ibid.
15 Honores qui confert per gratiam, Christum spernit. Officialium electio quomodo sit faciendâ, ibidem.
16 Appellatio an liget manus ante inhibitionem.
17 Appellatio admissa de facto, cum de iure non esset admitten- da, an executionem sententia suspendat.
18 Conuictus, & confessus etiam metu tormentorū non appellat.

- 16 Appellatio iniusta ligat manus Iudicis in Regno Francia. Nisi essent Iudices in quibus in criminalibus appellatur, ibi.
17 Confessus non dicitur conuictus.
18 Confessus sponte in statu Ecclesiastico non appellat.
19 Confessio facta post appellationem ab interlocutoria de torquē- do, appellationem non impedit, et dicitur facta metu tormentorū.
20 Notorium deducitur tripliciter.
21 Appellatio an admittatur in notorio.
22 Notorium est triplex.
23 Appellare in criminalibus quando liceat.
24 Appellationes qualeslibet à sententijs in causis homicidiorum in statu Ecclesiastico sunt sublata.
25 Confessio in his, quæ sunt iuris, praeiudicare non potest.
26 Condemnati in contumaciam in d. statu elapso anno non ap- pellant, nec etiam capiri infra annum.
27 Fiscus an appellet, & infra.
28 Fiscus in dicto statu non prosequitur appellationem, ubi adest instigator, nisi data cautione per instigatorem de rescindendis expensis prima, & secunda instantia in casu succumbentia.
29 Appellatione prohibita reis, censetur etiam prohibita fisco.
30 Fiscus potest appellare à minoritate pena.
31 Appellationes in penis pecuniarijs admittuntur in statu Ec- clesiastico facta actuali deposito, vel data cautione in forma depositi, si appellans non sit confessus.
32 Et debent infra sex menses expediri.
33 Appellatio in Regno Neap. non admittitur pro homicida.
34 Contrarium tamen seruatur in prouincia. Et quid in Francia, ibid.
35 Fiscus in Regno Neap. non appellat. Et quomodo eis succurratur, remissive, in eod. Appellatione interposita per inquisitum, ipso iure per fisco- rum intelligitur facta actuali appellationis, num. eod.
36 Fiscus in criminalibus an restituatur. Et quid si sit lata sententia interueniente praeuicatione, vel collusione, & num. 36.
37 Statutum, quod à sententijs in criminalibus non possit appel- lari, querelari, restitui, aut de nullitate dici quomodo intel- ligatur.
38 Admissus ad nouas defensiones non fit ex mera gratia, sed gratia iustitia.
39 Rescriptum Principis concedens nouam cognitionem aduer- sus sententiam, non derogat sententia, nisi fuerit dictum, etiam si transferit in rem iudicatam.
40 Littera ad nouas defensiones non conceduntur in penis pecu- niarijs per Senat. Mediolani.
41 Littera predicta an operentur etiam quo ad interesse partis.
42 Bannitus comparens infra annum sponte auditur in statu Ec- clesiastico. Et quomodo id intelligatur, remissive, ibidem.
43 Littera predicta non conceduntur in Regno Neap.
44 Bannitus si de facto fuerit admissus per Iudicem ad defensio- nes, an processus valet. Et quid in statu Ecclesiastico, ibidem.
45 Statutum prohibens appellationem in criminalibus, non habet locum in causa civili occasione ex causa criminali.
46 Nec etiam in casu mixto.
47 Idem intelligitur quo ad diffinitiuam, non interlocutoriam.
48 Lim. nisi disponeret, quod à nulla sententia appelletur.
49 Et an licet forenses.
50 Et quid si consistet de notoria innocentia.
51 Appellatio interposita in Ciuitate, ubi appellare licebat, si il- la Ciuitas fuerit dismembrata ab aliquo Ducatu, & alteri Præsidi submissa, quo Præsidi tei minetur.
52 Carceratus an possit amoueri carceribus Baronis pendente appellatione ad Iudices superiores.
53 Tertius non potest appellare, si reus confessus in confessione perseueret.
54 Mulier potest pro alio appellare.
55 Rerum non se defendentem licet cuiuslibet defendere.
56 Appellatio a tertio interposita de executionem suspendit, etiam ipso reo inuito.
57 Index est citandus, quando tractatur de renouando sententiã & quomodo.

Nul-

- 56 Nullitas in criminalibus non admittitur post annum in sta- tu Ecclesiastico.
57 Et quid si nullitas proueniat ex defectu citationis, iurisdic- tionis, inquisitionis ineptæ, & notorie iniquitatis. Flamm. Chartar. impugnatur, ibid.
58 Nullitas ex defectu iurisdictionis est maior quacūq; nullitate.
59 Statutum prohibens dici de nullitate an procedat si de nulli- tate excipiat.
60 Nullitas excludit rem iudicatam.
61 Executio sententia etiam legitima multis modis impeditur, remissive.
62 Statutum prohibens simpliciter nullitatem, quomodo intel- ligatur, remissive.
63 Nullitas potest opponi in Regno Neapolitano contra senten- tiam forudicationis.
64 Sententia si est nulla, non potest reus puniri, sed iterum est

ADDITIONES Ad Quæst. XCIV.

Dictum est de sententijs. Adde, quod homicidia in statu Ecclesiastico non potest appellare ex dispositione Pij. 2. in bulla 8. Clem. 7. bull. 6. Batar.

- a Licetum sit appel- lare. Vide Farin. in 4. vol. sua prax. q. 101. ca. 1. & c. 2. Ros.
b Et hoc casu. Farin. d. q. 101. ca. 20. num. 114. Ros.
c Argumentis conui- cti, testibus superati, & propria voce confessi. Quæ sint autem suspi- ciones, præsumptiones, indicia, & probationes habeatur supra quæstione 20. versic. primo, ibi, & sic habes, sed ibi contra- rium uidetur, dum hic di- cit in criminibus exceptis, quem conuicti argumen- tis, & tamen in d. quæ- stione 20. versiculo ad for- mandam, ibi, quæ con- tra Reum ex probabi- libus argumentis satis col- ligitur neminem conuinci, immo corruptelam esse, illis atten- tis procedere ad inquisitionem, quod est minus, at quomodo attentis gradibus suspiationum, præsumptionum, indiciorum, & probationum procedatur super uno quoque ipsorum gra- dum ad torturam, vide supra quæstione 64. versic. Nunc de gradibus, & de conuicto habeatur supra quæstione 62. in princ. ubi dixi, & quæstione 66. in princ. Differunt tamen præsum- ptiones ab Iudicijs, seu probationibus, quia cum indicia sint species probationum difficilium tolluntur, egentque ualidiori probatione, ad hoc ut elidantur, præsumptiones uero à paribus tolluntur præsumptionibus. sic inter hos constituit differentiam Aym. Crau. tract. de antiq. temp. par. 1. vers. propositum num. 34. sic & alias dici solet, quod quemadmodum clauus elatum trahit, sic præsumptio præsumptionem tollit, Menoch. dicto tract. de arbitr. iud. lib. 1. q. 76. nu. 19. uide quæ diffusè dixi su- pra q. 10. vers. primo. Drogh.



Quæst. XCIV. Dictum est de sententijs. Adde, quod homicidia in statu Ecclesiastico non potest appellare ex dispositione Pij. 2. in bulla 8. Clem. 7. bull. 6. Batar. Licetum sit appel- lare. Vide Farin. in 4. vol. sua prax. q. 101. ca. 1. & c. 2. Ros. Et hoc casu. Farin. d. q. 101. ca. 20. num. 114. Ros. Argumentis conui- cti, testibus superati, & propria voce confessi. Quæ sint autem suspi- ciones, præsumptiones, indicia, & probationes habeatur supra quæstione 20. versic. primo, ibi, & sic habes, sed ibi contra- rium uidetur, dum hic di- cit in criminibus exceptis, quem conuicti argumen- tis, & tamen in d. quæ- stione 20. versiculo ad for- mandam, ibi, quæ con- tra Reum ex probabi- libus argumentis satis col- ligitur neminem conuinci, immo corruptelam esse, illis atten- tis procedere ad inquisitionem, quod est minus, at quomodo attentis gradibus suspiationum, præsumptionum, indiciorum, & probationum procedatur super uno quoque ipsorum gra- dum ad torturam, vide supra quæstione 64. versic. Nunc de gradibus, & de conuicto habeatur supra quæstione 62. in princ. ubi dixi, & quæstione 66. in princ. Differunt tamen præsum- ptiones ab Iudicijs, seu probationibus, quia cum indicia sint species probationum difficilium tolluntur, egentque ualidiori probatione, ad hoc ut elidantur, præsumptiones uero à paribus tolluntur præsumptionibus. sic inter hos constituit differentiam Aym. Crau. tract. de antiq. temp. par. 1. vers. propositum num. 34. sic & alias dici solet, quod quemadmodum clauus elatum trahit, sic præsumptio præsumptionem tollit, Menoch. dicto tract. de arbitr. iud. lib. 1. q. 76. nu. 19. uide quæ diffusè dixi su- pra q. 10. vers. primo. Drogh.

Sed certe tenendum est. Adde, quod & hanc communem refert, comprobatur, & sequitur Rolan. in consil. 73. post nu. 26. lib. 3. ubi plenè & plenius per Masuer. ad pract. Pap. tit. de ap- pellat. à diffini. gl. 1. addi. Incip. In viro contumace. Et istam regu- lam una cum octo limitationibus uide per Duen. ead. regul. 156. & plenius uide in collect. mea comm. op. cap. conuictus. Giach. Sed certe tenendum est. Adde, quod & hanc communem refert, comprobatur, & sequitur Rolan. in consil. 73. post nu. 26. lib. 3. ubi plenè & plenius per Masuer. ad pract. Pap. tit. de ap- pellat. à diffini. gl. 1. addi. Incip. In viro contumace. Et istam regu- lam una cum octo limitationibus uide per Duen. ead. regul. 156. & plenius uide in collect. mea comm. op. cap. conuictus. Giach. Sed certe tenendum est. Adde, quod & hanc communem refert, comprobatur, & sequitur Rolan. in consil. 73. post nu. 26. lib. 3. ubi plenè & plenius per Masuer. ad pract. Pap. tit. de ap- pellat. à diffini. gl. 1. addi. Incip. In viro contumace. Et istam regu- lam una cum octo limitationibus uide per Duen. ead. regul. 156. & plenius uide in collect. mea comm. op. cap. conuictus. Giach. Sed certe tenendum est. Adde, quod & hanc communem refert, comprobatur, & sequitur Rolan. in consil. 73. post nu. 26. lib. 3. ubi plenè & plenius per Masuer. ad pract. Pap. tit. de ap- pellat. à diffini. gl. 1. addi. Incip. In viro contumace. Et istam regu- lam una cum octo limitationibus uide per Duen. ead. regul. 156. & plenius uide in collect. mea comm. op. cap. conuictus. Giach.

- inquirendus. Sententia criminalis si est primis conformis, non obstante nullitatis exceptione, executioni demandatur in panis, quæ retrahari possunt, ibid.
65 Bannito admissio de facto ad defensiones, an absolutio subsequen- ta valeat. Boss. lapsus, ibidem.
66 Bannitus in statu Ecclesiastico an possit per Iudices infra an- num admitti ad nouas defensiones absq; alia licentia Prin- cipis. Farinac. impugnatur, ibidem.
67 Littera ad nouas defensiones sunt concedendæ, nisi indicia sint urgentia.
68 Littera predicta non conceduntur, si fuerit caluniose petitæ.
69 Bannitus, qui propter impedimentum non potuit comparere, restituatur, & admittitur ad probandum impedimentum.

capto bannito c. r. num. 68. Ros.

Si ergo talis reus. Adde, quod homicidia in reg. 156. hic alle- gata limitat hanc regulam octo modis, & quis dicatur conui- ctus, & confessus, habeatur per Fulg. conf. 123. num. 3. Et tan a panis arbitrarijs detur appellatio, uide Menoc. de arbit. iud. quæstione 70. & Farin. variar. quæst. in quæst. 17. numer. 27. cum seqq. Et in locis, in quib. potest appellari a senten- tijs criminalibus, apud supre- ma tribunaia, frequen- ter cognoscuntur appel- lationes, etiam quod post tempus ad appellandum interposita fuerint, ut tra- dit Cou. uar. resol. lib. 1. c. 1. in fine. Item adde, quod confe- ssus, & conuictus sicte per contumaciam, (stante statuto, quod contumax habeatur pro confesso, & conuicto) non appellatur uere confessus; Ba ld. post Petr. de bellapert. & Cyn. in l. 1. C. quor. appell. non recip. & in l. omnes populi ff. de iust. & iur. Nell. in tract. bannit. in 4. par. primis temp. q. 1. uerf. pro hit ius quæstionis resolutione, quem referunt, & sequuntur Aug. Arim. ad Aret. in uerbo. presente dicto Gaio. nu. 13. Boss. in tit. de remed. contra ban. nu. 4. Foll. in pract. crim. in 4. par. 3. par. n. 89. & Bertaz. in conf. 82. n. 19. vol. 1. & idem tenet Phi- lip. Franc. in c. speciali §. portò de appellat. col. 3. Contrarium autem tenuit idem Bal sibi contrarius in lita de mum C. de procurat. quem refert, & sequitur Ang. Aret. in tract. de malef. in uerb. presente d. Gaio. n. 21. & Rol. in conf. 24. nu. 30. uol. 3. Car. in pract. in prin. nu. 37. & Duen. in d. reg. 156. limit. 6. & Aret. in conf. 146. col. 3. & Natt. in conf. 444. n. 5. quæ opinio procedit sine dubio, quando in appellatione ius- ta, & rationabilis causa allegaretur, quæ factam confessionem & contumaciam excusaret, ita tradit D. Cart. in tract. suo de execut. tenen. contum. capit. 1. numer. 261. & 262. Nellus au- tem alio modo declarat, ita distinguendo. Aut extat statutum, quod in criminalibus non possit appellari, & tunc fopita est quæ- stio: aut non extat, sed aliud statutum disponit, quod contumax habeatur pro confesso, & conuicto, & tunc non appellat. Si ue- ro statutum dicat, tantum eum haberi pro confesso, tunc si est uerus contumax, ut quia citatus personaliter non appellat, non ex ui confessus factus, sed ex natura ueræ contumaciæ; nisi uene- rit adhuc iudice pro tribunali sedente: uel si ex forma statuti referuatur, sic post latam sententiã aliquod tempus ad purgandam moram, siue contumaciam. Si aut non est uerus contumax, sed lude ultra eius contumaciam examinauit testes, & tunc tam- M m m 3 quam

quam conuictus, & confessus similiter non appellat, aut ex sola contumacia fuit condemnatus, & eo casu poterit appellare, & ad hanc quaestionem, an bannitus in contumaciam possit appellare, vide Chart. in d. tract. de execut. sent. contum. ca. 1. nu. 53. 54. 59. 109. & 261. ubi latissime, & etiam ibi tractat. de consil. Marchiae, & de moribus propriis Pij IV. & V. appellationem impediendi.

4 Item si adde, quod in casibus in quibus bannitus poterit appellare, non poterit per procuratorem, nec per alium, tamquam unum de populo, quia sicut procurator non poterat intervenire in prima instantia, ita nec in causa appellationis. l. 1. in fin. ff. an per alium causa appellat. & Bart. in extrauag. ad reprimen. in verb. legitime, & ita tenuit August. ad Are. in d. verb. praesente dicto Gaio num. 13. licet ibi Aret. per l. non tantum de appellat. contrarium tenuerit, & male, quia text. l. non tantum non procedit in appellante pro absente, sed pro reo carcerato, ut per August. in loco praecitato, & in terminis tradit Anton. Cola in bann. in suo compendiar. forma proceden. extraordinar. in controuers. criminalib. art. 164. in tractat. criminal. diuers. fol. 412. dicens, quod in criminalibus absens appellans vel petens restitutionem aduersus sententiam tenetur personaliter comparere, & quod non potest contrarium impetrare, & idem, tenuit Mille. in pract. crim. in rub. de sententia formu. num. 93. & 94. quem refert, & sequitur Bertaz. in consil. 422. num. 13.

7 Item si adde, quod si ipse bannitus in casu permisso appellaret, debet assumere in se onus probandi innocentiam suam, & si non assumeret dictum onus, deberet omnino appellans succumbere, quia in dubio standum est confessioni et facta, ita tradit Bal. in l. ita demum in fin. C. de procur. quem refert, & sequitur Corn. in consil. 194. nu. 5. uol. 1. & Cepol. consil. 63. nu. 12. cum seq. ubi dicit etiam, quod innocentia legitimis probationibus debet probari, ut eneruetur probatio facta confessionis & quod si Iudex uellet remittere contumaciam, & assumere in se onus probandi delictum, non posset.

8 Item si adde, quod in Regno Neap. expeditum est, quod fornicarius non appellat, nec Principi supplicat, nec admittitur ad probationem eius innocentiae: sed tantummodo ad dicendum de nullitate sententiae, per constitut. pena eorum ubi Afflict. & Carrer. in pract. in princ. nu. 39. & Foller. in pract. crim. 1. part. 2. part. rubr. captus fornicarius n. 3. Et similiter in statu Ecclesiastico fuerunt sublatæ appellationes in casibus criminalibus, ut plenè dicam infra in ver. Ceterum in hoc Ducatu, ad quem me remitto. Sed tractare de huiusmodi quaestione appellationis parum, aut nihil operatur, quia per totam Italiam fuit prouisum per statuta, quod in sententijs capitalibus non liceat appellare; ut ait Gram. vot. 2. num. 8. Tamen si in dicto Regno, praeterquam ad sententia fornicationis, ut supra dixi, indifferenter ad quacumque alia sententia, siue interlocutoria, siue diffinitiva appellatur, nec semel tantum, sed & secundo, tertio, atque ulterius. Cum n. Barones Regni habeant cognitionem primarum, & secundarum causarum, ac quidam etiam tertiarum, prout habet Dominus meus Sereniss. Dux Parmae in Ciuitate Ortonæ à Mare; Si primus Iudex aliquem condemnat, uel aliquam proferat contra reum interlocutoriam, is ad secundum conuolat, si secundus primam sententiam confirmat, tertium adit, & à tertio Regia Audientia, quæ in Metropoli, cuiusque Prouinciae cum Praeside resident; neque uerò hic subsistit, nam si Regia Audientia praedictas sententias tamen tres, & conformes approbauerit, ab ea ad magnam Curiam Vicariae, (quæ Neapoli praesidet) appellatur, & à magna Curia ad sacrum Regium Consilium, & ab illo ad idem, & rursus ad Illustriss. & Excellentiss. Generalem Proregem, eiusque Collaterale Consilium supplicatur, quinimo nec sententiae, aut decreta expectantur, sed cum primam quis inquiritur, uel accusatur, etiam quod nullum gratiam receperit, & uix causa fuerit incepta, & completus non sit processus, informatius sub pretextu aliquis figurati grauius appellatur, & à Regijs Tribunalibus prouisiones pluries in eadem causa expeditur, ut ueniant acta, & interim in procedendo supersedeatur, ita quod quotidie quilibet processus nedum una nice, sed saepius hinc inde asportatur, & per menses, ac annos causa differuntur, & super reuisione disputatur, pro qua obtinenda oportet in quacunque

causa, ut privilegia Baronum exhibeantur, ipsique carcerati sunt semper dictarum prouisionum numero onusti, retinendo eas penes se in sinu tanquam reliquias, quæ passim cuique etiam famosissimo latroni conceduntur ad ligandum manus Iudicum, & praesertim Baronum, ne in causis procedant, ita quod iudicia deridentur, & officiales tot prouisionum legaminibus impediti, & offensus, in desperationem deducti, causas derelinquunt, adeo frequenter ad Regia Tribunalia, tanquam ad sacram anchoram facinorosi confugiunt, semper instando, ut ad dicta Tribunalia transferantur. Huius autem sic optate translationis causam non planè video. Quod sit, ut delicta in Regno saepius remaneant impunita: tot enim subterfugijs, dilationibus, appellationibusque intercedentibus, eò causa deducitur, ut vel rei in carceribus moriantur, & sic debita legum seueritati detrahuntur, vel quod frequentius accidit, gratia, pecunia, potentia, vel aliquo alio modo adepta occasione, fugam arripiant. Hinc frequentissime improbi, sicarii, facinorosi, publici, & famosi latrones totius Populi uoce morte dignissimi estimati, per Curiam tandem capti, & in carcerem coniecti (cum potius ad patibulum statim trahi debuissent) per Curiam examinantur, quæ publice commiserunt, audent negare, defensiones, & si conuicti accipiunt, terminus in longum protrahitur, de ipsius breuitate protestantibus prorogatur: testes fisci repetuntur: exactissima diligentia Iudices cauent: ne dies si festus, uel interdictus, ne syllaba excedat, alioquin totus processus corrumpitur, elapsos, uel longissimo termino publicatur, si nouum terminum rei petunt, ipsi conceditur, quoniam inquit defensiones non esse coarctandas, testes fisci repulsantur: & si tandem post multos terminos, & dilaciones ad capitale sententiam deuenit, statim conflunt appellationes, quæ sententiam reddant elusoriam, sed quid capitale sententiam dico? si pronunciat reos torquendos, statim Iudicum manus per appellationem ligantur, imò à cominata tortura, à facta publicatione, à non prorogato termino, uel nouiter non concessio, & à quolibet nutu Iudicis appellatur, inhibitoriales literæ à Regijs Tribunalibus conceduntur. & quod peius est, Iudici a quo miberit, etiam quod condemnati rei in precibus expriment se conuictos esse, atque confessos, quod mihi euenit dum esse Auditor secundarum causarum generalisque Locumtenens pro Serenissima MARGARITA AB AUSTRIA in illustri, & nobilissima Ciuitate Aquilæ, (ubi adsunt plurimi, & insignes Iureconsulti, & praesertim Excellentissimi de re legali scriptores D. Ioan. Franciscus Viuius, D. Iosephus de Rusticis, & D. Alexander Trentacineque, nunquam satis laudati, & mihi stricto amicitiae vinculo coniuncti, qui suis scriptis maximam nominis celebritatem, sibi comparauerunt.) ac in toto sua Celsitudinis statu in Prouincijs Aprutij praeram, & per tota Tribunalia causa agitur, atque eo deducitur, ut in damnum Reipub. & contemptum legum, aut carceratorum mors, aut fuga interueniat, & iniquissimi latrones, ac famosi sicarii his cauillationibus & subterfugijs meritas penas effugiant; & si de inferenda tortura discutitur, indicia adeo uigentia requiruntur, etiam in delictis atrocissimis, & occultis, ut uix plenæ probationes sufficiant: & si tandem post multum temporis, & longas disceptationes ad eam deuenit, moderatè, ac ita leuiter per Iudices irrogari oportet, ut de raro rei confiteantur: quod si Iudices in modico excefferint, sub pretextu grauius causa per superiores auocaretur. Nil mirum igitur si Neapolitanum Regnum tanta delinquentia, scelestorum, latronum, proditorumque frequentia funcitatur, qui nedum in syluis, aliisque locis a conspectu populi remotis clam, & occultè, sed in publicis, regijsque uis palam, & ubique depredantur, maiores aggrediuntur, & expoliant, ut Vrbes exire Cives sine periculo nequeant: imò, nec ipsæ Vrbes, Ciuitates, & oppidata permanent, cum, & moenia ingrediuntur, ades, effringant, & à fundamentis euertant, bona diripiunt, resistentes cedant, dominos captiuent, mortem minentur, captiuosque secum ducendo, eis taleam imponant, non modicam quidem, & moderatam, sed grauissimam, tria, & quatuor, & ultra, millia, scutorum petentes, & posse quamplures specia-

speciatim nominare, quibus talea hæc in Aprutio fuit imposita, atque ita vitam pecunia redimere compellunt, quæ si eis in praefixo die non soluitur, more ferarum saepe miserissimos captos interficiunt, & dum apud ipsos in memoribus, & dum detinent, sic dirè, ac supra modum inhumaniter eos tractant, ut saepius ex nimio cruciatu miserè uitam finire compellant. Atque ipsorum furores, & inausas audacias non Magistratus, non Populi, non Barones, non Prouinciales Praesidens, non Regia Audientia, non denique ipsemet Illustriss. & Excellentiss. Prorex Sereniss. Regis Locumtenens generalis extinguit, & quos compescandos non licetores solè, Commissarios & satellites, sed saepius frequentissimum exercitium destinant ac militum copias numerosas peditum, & equitum, & leuis, & grauis armaturæ, qui tamen nedum tanto malo miserissimos & infelicissimos populos non leuant, sed eos aggrauant potius, si testatur id ipsum Aprutij utraque prouincia ditissima olim, & numerosa, nunc uero miserissima, uasta, atque deserta, non à latronibus solum, & bannitis hostili more vexata, sed ab ipsismet militibus ad expellendos latrones amissis magis direpta. Substipiunt quidem banniti, sed non ab omnibus accipiunt, non est apud hos acceptio personarum, inter diuites & pauperem non distinguunt; à miseris Ciuib. apud quos diuertunt, victum gratis per vim habens, supercedunt, & dilia querunt optima, cunniua opipera etiam ab ijs, qui sibi panem die tim operando suppeditant, gratuita pauperum munificentia minime contentantur, ad maiora cogunt, domos se incendunt, furios minantur, conuiciant, cadunt, vulnerant, mulierum honori non parent, non pauperum inopiæ miserunt, non lacrymis commouentur, nec fletu paruulorum filiorum, quos fame uident deficere, sed rogari fiunt atrociores; & postquam commederint, sub pretextu, quod plura eis defuerint, & bone Deus, quæ petunt? quæ nec Magnates ipsi habent, nec in Prouincia reperitur, statim pecuniam exposcunt causa indida per lo mal mangnare, ita enim dicunt, efflagitant, & more praedatorum extorquent, atque ipsorum furtum sic iustum haberi uolunt, ut si quis quaeratur, ueh illi; Cupiens enim pecuniarium damnum euitare, in uitæ discrimen incidit, quoniam praedicti non valentes pecuniam extorquere, vel de iam facta extorsione incusati, hospitem falso inquirunt, ipsorum socios examinando de resistentia, de receptione bannitorum & armatione per campaneam, & Deus scit, si propter hos falsos testes multi innocentes fuerunt suspensi, ita formaliter inquit Ioann. Grand. in tractat. de bell. exul. in praedictam, habitus, quaestione secunda, sub numer. 3. ubi hos Regiorum commissarios, & militum abusus, uolentias, extorsiones, & incompatibilia commissa profequitur, subdens, quod expeditur populis potius uexari à latronibus, quam ab istis militibus qui multo peiora committunt, & magis continè grauant & ab Excellentiss. Prorege remedium precatur populorum calamitatis, miseris, quas ipse etiam uidit in Prouincijs Aprutij, & Bari apud Regios Commissarios contra foruscitos Consiliarij, munere fungens, tamen longè maiores calamitates praedicti sunt postmodum passi, & in dies patiuntur. Sed & his peiora milites committunt, quæ cuiuslibet animum grauius commouent, dum bannitos, & milites in illos emittos, & à quibus miserè populi subleuari sperant, infamul conuenire confiderant, taceo, quod interim, dum profequuntur, nedum eos non capiunt, non expellunt, ad manus non ueniunt, uerum saepe de ipsorum accessu eos prius reddunt certiores, ut alio se recipiant, & concurrenti occasio tollatur; si propè transeunt, uidere dissimulant; si in aliquo loco illi depredantur: non statim occurrunt, sed eorum discessum expectant, atque illis profectis, eò perueniunt, residuum deuorantes, & supradaddendo afflictionem afflictus, & adhuc grauiora fiunt. Nam ipsis bannitis per Commissarios contra eos expeditos conceditur salus conductus, quem in hoc Regno uocant, *il guidatio*, sub uerbo, & fide Regia a nemine posse laedi per tempus sanctentes, & tunc publice incedunt, & à populis, ut alij milites victum petunt, hospitando, ut uulgo dicitur, *à descretionem*, & interim uires accipiunt, sibi necessaria praeparant, diuites nosecunt, quibus taleas imponant, domos notant, inspicunt quomodo urbes, & loca ingrediuntur, quo fugiant, & in tutu se

recipiant, & itinerum sic fiunt experti, ut iam alio duce non indigeant: & finito tempore guidauci, foras iterum resiliunt & multo peiora prioribus committunt, tutissimè quocunque incedentes, omnium latebrarum iam facti certi. Et, quod melius est, nequissimi hi sicarii, banniti, & latrones, dum huiusmodi litteris assecuratitjs utuntur, & sunt guidati, nedum impunè ubique permanent, & populorum expensis, sed & à Regia Curia stipendium habent, uti milites ad persecutionem aliorum bannitorum, tamen perperam, & absque effectu, cum lupus lupnam non edat, & praesentim cum plerunq; guidati sint fratres, conuicti & amici aliorum bannitorum, cum quibus etiam taleas, & latrocinia diuidere publicè dicuntur nec solum praedictæ assecurantia litteræ ipsi latronibus conceduntur, sed etiam eis datur facultas, ut omnes bannitos cuiuscunque qualitatis assecurare valeant, quod uidi proprijs oculis, unde latrones una die in publicis uis crassantur, depredantur, & taleas imponunt, & die immediate sequenti guidaicum obtinent, & aliquando, quod peius est, ipsas taleas nondum exactas post guidaicum exigunt, & exigi faciunt, & qui soluere sunt coacti, non audent loqui, nedum timore latronum, sed & Regia Curia, quæ contra eos ad penam procedit, qui à latronibus capti, pro ipsorum liberatione pecuniam exolunt, adeo quod dici potest in illis locis iustitiam esse in manibus latronum, & non semel quidem dum sic guidantur, si Domini rerum raptarum eas apud officiales reperunt, iustitia eis non ministratur, quoniam non liceret, inquit contra guidatos procedere, nec etiam ad rei restitutionem, quia permanent sub fide Regia, ad eò quod possit dici Regiam fidem quodammodo latronibus patrocinari, qui etiam post guidaicum saepe latrocinantur cum alijs guidatis, et guidandi licentiâ habentib. concordet, & postea die dati guidauci mutant, uel iterum nouiter concedunt, ut eos à penis adimant, dicentes post delictum commissum fuisse guidatos, imò multoties durate guidaico delinquent, & rursus postea guidantur, non obstante, quod in guidaico delinquentes, & eo abutentes illius beneficio priuari, nec ulterius ad illud admitti deberent, taceo alia crimina, quæ ab ipsis in guidaico patrantur, & precipuè innumeratas uolentias, & impulsiones in contractibus, & matrimonijs pro se, & alijs, qui enim alienas possessiones, aut nuptias appetunt ob paupertatem fortasse, uel aliud quidpiam non valentes alio modo votum consequi, guidatorum opera utuntur, qui possessionum dominos ad uendendum cogunt in viros, statuto et (q. est grauius) ab ipsis pretio, & nuptias contrahere compellunt, licet inaequales, & multoties ab ipsis, quos diuites noscunt, pecunias efflagitant sub nomine mutui, & illi timentes finito guidaico offendere, mutuant pecuniam, licet eam nunquam sint recepturi, atque ita tutè depredantur, quod cognoscetes alij banniti, ipsi quoq; guidati petunt, ut iam pauci remanserint banniti, sed guidati plurimi, lotrocinij, & homicidij superabundet, non sic facili olim latrones guidaebatur, sed a paucis annis circa abusus hic fuit introductus, ex quo omnes populi exclamant, & hunc nouum regendi modum sic agere ferro, ut diutius in his prouincijs Aprutij immorari recusaerim, qui nimo descendendi licentiam, saepe, & enixè sum praecitatus, atque magis cum praedictis guidatis non solum securitas concedatur, ut non capiantur, sed & auctoritas detur, ut quibuscumque officialibus, & populis iubere, & imperare possint, illud autem omnem inhumanitatis modum excedit, nec absq; indignatione recenseri potest, quod dum sic guidantur etiam in illis locis commorandi ius habent, in quibus nefandissima scelera perpetraverunt, & quod grauius est interdum in domibus eorum, qui ab ipsis antea fuerant offensus in persona, & in bonis, uel propè ipsos, & ipsorum aspectu, ut nuper accidit in Terra Capli, quod silentio praeterire, & iustus dolor non sint. Quidam enim Trippaneggra à Montecaluo publicis sicarius, & famosissimo latro cum quendam Camplensem nomine Aleandrum filium Dom. Andreae Flaminijs V. I. D. & ipsum pariter iure consultum capitauisset, taliâ ei imposuit pro redemptione suæ uitæ, quam cum in dicto tempore persoluere non potuisset ob eius paupertatem, miserimè eum necauit, in ipsum arbore alligatum tanquam in scopum, rictus archibusorum emittendo; paucis uero post diebus a Curia Regia guidauci